



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Stella Mystica**

**Bonald, François**

**Coloniae, 1607**

Gaudium spirituale requiri ad facilius enauigandum mare huius mundi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10014**

*Psal. 118.* Via hominis sunt Dei mandata, vti  
*S. Propheta* David in psalmis ostendit. Hanc igitur viam tene, & pacem habebis. *Deus* etiam pacis, quemadmodum *S. Paulus* ait, *erit tecum*: Deo autem tibi assistente & suo praesidio te sepiente, nihil te perturbare poterit. Etenim *si Deus pro te, quis contra te?* Et quia pax est donum Dei, humiliter ora *B. Virginem Mariam*, Aduocatam tuam, vt apud filium suum intercedere dignetur vt te in hac pace stabiliat, & cum ea gaudium & laetitiam intrinsecam & extrinsecam tibi largiatur, nomē Euz in Aue commutando.

*Rom. 8.*

MVTANSEVAE NOMEN.  
*Gaudium spirituale requiri ad facilius enauigandum mare huius mundi.*

CONSIDERATIO.

**N**ON inconueniēs aut absurdum est dicere, nomē Euz in Aue conuertere, esse tristitiam in gaudium commutare. Nam quemadmodum (quod notum satis est,) Eua pri  
 m2

ma mulier, doloris causa & origo  
 fuit: ita Ave de coelis transmissum  
 principium fuit omnis lætitiæ. D.  
 Augustinus ait, Quando Angelus de  
 coelo missus à Patre Deo in nostræ  
 Redemptionis exordium, ad beatâ  
 salutandam Mariam. *Ave*, inquit,  
*gratia plena*. Tunc impletam fuisse  
 MARIAM gratia, & Euz vacuatâ  
 esse culpam, maledictionem Euz in  
 benedictionem commutatam fuisse  
 Mariæ. Quis autem huius benedi-  
 ctionis effectus est nisi pax, & gau-  
 diû intrinsecum & extrinsecû? Benè  
 igitur horû verborû cõmutatio pe-  
 titur, & in earû cõmutatione gaudi-  
 um spirituale postulatur, tanq̃ ma-  
 ximè necessarium omnib. qui mare  
 huius mundi nauigant. Sapiēs id do-  
 cet: *Cor gaudēs, inquit, exhilarat fa-*  
*ciē: in mœrore aut animi deicitur spi-*  
*ritus*. Et alibi ait: *Animus gaudēs atq̃*  
*tē floridā facit: spiritus tristis exicc at*  
*ossa*. Quod nō tantû de ossib. corpo-  
 ris, sed de animi ēt vigore intelli-  
 gendum est. Etenim sicut tristitia  
 ossa deficcet, sic animi vigorem o-

3. Aug. ser.  
 18. de ser-  
 tis.

Gaudium  
 spirituale  
 cuilibet ne-  
 cessarium.

Pron. 15.

Pron 17.

mino atterit & extenuat. Exte-  
 runt autem: quia reddit eam in de-  
 uotione aridam, & ad bona opera  
 tardam & languidam. Quamobrem  
 SS. Apostoli, nominatim verò S. Pau-  
 lus ad gaudium sæpenuerò nos  
 exhortatur. *Gaudete, ait, in Domino.*  
*Philip. 4. Iterum dico gaudete.* Addit in Domi-  
 no: ne quis existimaret illum ad  
 gaudia mundana & dissoluta nos  
 excitare. Hanc enim ob causam mox  
 adjicit: *Modestia vestra nota sit omni-  
 bus.* Quasi diceret: Non volo ut sic  
 gaudeatis, quemadmodum aliqui a-  
 gunt, qui sub prætextu gaudij & re-  
 creationis loquuntur & rident im-  
 moderatius, gestibusque vtuntur  
 plus in se dissolutionis quàm hone-  
 stæ recreationis habentibus. Gau-  
 dium Christiani magis internum,  
 quàm externum esse, ac proinde  
 modestiam & honestatem in omni-  
 bus seruare debet, & super omnia  
 cauere ne recreationem & volupta-  
 tem suam in spectaculis capiat, qui-  
 bus DEVS offenditur & puritas  
 non parum læditur. Quid, ait D. Au-  
 gu-

*Gaudium  
 Christiani  
 quale debe-  
 re esse.*

gustinus, Christiano cum mundi vanitatibus? Nonne in Baptismo protestatus est, se mundo & omnibus pompis eius abrenunciare?

S. Aug. lib.

4. deymb.

ca. 2.

Gaudeat itaque Christianus, sed *in Domino*: hoc est, vt melius & alacrius possit seruire DEO. Neque modò prosperitatis tempore gaudeat: verùm etiam cùm aduersitatibus exercetur. S. Iacobus Apostolus id monet, cùm ait: *Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Rationem adfert S. Paulus, dicens; quod *tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spem: spes autem non confundit.* Si aliquis interroget quomodo fieri possit vt quis in tribulatione gaudeat: Respondeo facile hoc omnibus esse qui Deum diligunt, & in promissionibus illius totam spem suam collocatam habent. S. Paulus magnus Dei amicus de seipso scribit, *se gaudere in passionibus suis.* S. Lucas de Apostolis refert, quod diuino amore accensi, *ibant gaudentes à conspectu concilii, quoni-*

In tribula-

tione quo-

modo quis

gaudere

possit.

Coloss. 1.

Actor. 5.

am digni habiti essent pro nomine  
Iesu contumeliam pati. S. Martyr Lau-  
rentius cum carbonibus ardentibus  
torreretur, præ lætitia triūphabat,  
cum ad Tyrannum lætissimo vultu  
conuersus diceret: vnā iam par-  
tem assasti, versa & manduca. Idem  
fecerunt alij sancti innumerabiles,  
pueri etiam & teneræ virgines.

*Amor diu-  
nus homines  
in tribulati-  
one latari  
facit.* Amor itaq; diuinus, hoc in cordi-  
bus eorū gaudiū dū tribulationib.  
premeretur: excitabat. Spes adhuc  
æterni præmij, oēs labores illis le-  
uissimos efficiebat. Deus præterea

pro bonitate sua illis aderat, aliquā-  
do liberās eos, aliquando cōfortans  
quēadmodū ipse per psalmistā ait  
loquēs de iusto: *Cū ipso sum in tribu-  
latione: eripiā eum, & glorificabo eū.*

*Psalm. 90.*

*Dan. 3.*

Confirmatur id exēplo trium pue-  
rorum Sidrac, Misach, & Abdenago,  
seruorū Dei: qui cum in fornacē ar-  
dentē cōiecti fuissent, vt ignis vi cō-  
sumerentur, visi fuerunt deābulare  
& Dei laudes decātare in medio flā-  
marum, assistente ipsis Angelo, qui  
flammarū globos discutiebat, effi-  
ciebatq; mediū fornacis quasi vea-

tum roris flantē. Legimus præterea in sacris literis S. Stephanum cum pro Christo martyr occumberet, vidisse coelos apertos & Iesum flantē à dextris Dei, pugilemq; suum ad lapidum ictus fortiter excipiendos mortemque alacri animo subcundam, animantem.

Act. 7. ]

Non est igitur impossibile, inter aduersitates & tribulationes exultare, modò hō in diuino amore, in spe perēnium bonorum, in fiducia diuini auxiliij radices egerit. Quapropter B. Virginis opē implora, & roga eam vt gratiam spiritus S. tibi impetret. Nā fructus S. spiritus Paulo Apost. enumerāte; sunt: *Charitas, gaudiū, pax, patiētia, &c.* Atq; vt spiritus S. efficiaris habitaculū, ingenti odio psequere peccatū: nā spiritus S. non requiescit in corpore subdito peccatis. Angeli q; pacē in natiuitate Christi annūciarūt, nō dixerūt pax hominib. sed adiecerūt pax hominib. bonæ voluntatis, hoc est, cō-

Fructus s. spiritus q.

Galat. 5.

Maldonat.

in Lucam.

sa in esmd.

& in quibus sibi cōplacet, nisi qui peccatum & cœcitatē spiritua- lem inde proficiscentem oderunt? Hoc peccati & omnis alterius mali spiritualis odium pete: ac roga B. Virginem vt impetret tibi omnia gratiam ad iter tuum securè ac sine periculo continuandum necessariam, quod vt consequaris sequentem quaternarium pia mente recita.

Solue vincla reis,  
Profer lumen cœcis:  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

### MEDITATIO.

*Anima ignorantiam, & captiuitatem suam confitetur, & ab ea petit absolui.*

*Esa. 48.*

**H**X prædictis, Virgo gloriosa, didici non esse pacem & gaudium spirituale impijs, atque peccatoribus. cor eorum sem-